# ZEGERI BERNARDI
# VAN ESPEN
JURIS UTRIUSQUE DOCTORIS,
& SACRORUM CANONUM Profeſſoris
in Academia Lovanienſi;

# OPERA OMNIA CANONICA
Integra & Completa;

*Quæ hactenus in lucem prodierunt;*

IN SEX PARTES DISTRIBUTA.

QUIBUS

*ACCEDIT PARS SEPTIMA COMPLECTENS*

COMMENTARIUM IN CANONES ET DECRETA
JURIS VETERIS AC NOVI,
Et in Jus Noviſſimum:

*OPUS POSTHUMUM EJUSDEM AUCTORIS.*

## PARS TERTIA;
*COMPLECTENS*

JURIS ECCLESIASTICI UNIVERSI,
Hodiernæ Diſciplinæ præſertim Belgii, Galliæ, Germaniæ & vicinarum
Provinciarum accommodati, Primam Partem:

*CUM SUPPLEMENTIS SUIS LOCIS DILIGENTER
AD MENTEM AUCTORIS INSERTIS.*

Colegio de Huerfanos.

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA
MDCCLXIX.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

# INDEX TITULORUM ET CAPITUM

## Partis Tertiæ

# DE JUDICIIS, DELICTIS ET POENIS ECCLESIASTICIS.

### TITULUS PRIMUS.

#### De Juriſdictione Eccleſiaſtica in Civilibus.

*Cap. I.* QUæ fuerit jampridem Epiſcoporum auctoritas in dirimendis cauſis Laicorum? *fol.* 5
*II.* Quamopere ſenſim imminuta ſit Juriſdictio Eccleſiaſtica in cauſis Civilibus Laicorum in Belgio, & Gallia? 9
*III.* Quæ fuerit jampridem Epiſcoporum auctoritas in decidendis cauſis Civilibus Clericorum? 12
*IV.* Quibus Caſibus hodie Clerici in Civilibus coram Judice Sæculari conveniantur? 15

### TITULUS II.

#### De Cauſis Eccleſiaſticis.

*Cap. I.* DE Cauſis Spiritualibus, præſertim Matrimonialibus. 18
*II.* De Cauſis Teſtamentariis, & quomodo ad Judicem Eccleſiaſticum ſpectent? 20
*III.* De aliis Cauſis profanis ad ſpecialem Epiſcoporum curam ſpectantibus. 23
*IV.* De Poſſeſſorio & Petitorio in cauſis Eccleſiaſticis. 24

### TITULUS III.

#### De Juriſdictione Criminali.

*Cap. I.* QUæ jampridem fuerit auctoritas Judicis Eccleſiaſtici in puniendis delictis Clericorum? 28
*II.* Qua ratione imminutum hodie privilegium *fori*, & de quibus criminibus Clericorum cognoſcant Judices Regii? 31
*III.* Qui Clerici privilegio *fori* gaudeant? 36
*IV.* Coram quo Cauſæ criminales Epiſcoporum examinandæ & terminandæ. 38

### TITULUS IV.

#### De Delictis Eccleſiaſticis.

*Cap. I.* QUomodo olim Epiſcopi de omnibus Criminibus cognoverint, & quomodo hæc Epiſcoporum auctoritas imminuta? 42
*II.* De Crimine hæreſis & ſchiſmatis. 43
*III.* De Sortilegio, Magia, & aliis ſimilibus. 53
*IV.* De Crimine Adulterii, Lenocinii, Stupri, Raptus, Concubinatus, & Fornicationis. 58
*V.* De Blaſphemia, perjurio, & aliis nonnullis delictis Eccleſiaſticis.

### TITULUS V.

#### De Judicibus Eccleſiaſticis, & Arbitris.

*Cap. I.* DE Judice Ordinario, & eorum Officialibus. 68
*II.* De Judicibus Delegatis & Synodalibus. 71
*III.* De Judicibus delegandis in Partibus, & non evocandis extra Provinciam. 73
*IV.* De Arbitris. 76

### TITULUS VI.

#### De Miniſtris Curiæ Eccleſiaſticæ.

*Cap. I.* DE Aſſeſſore. 79
*II.* De Advocatis. 81
*III.* De Procuratoribus & Syndicis. 85
*IV.* De Graphiariis & Secretariis. 87
*V.* De Advocato Fiſci, & Procuratore officii ſive Promotore, necnon Apparitoribus. 88

### TITULUS VII.

#### De Inſtructione Cauſarum Civilium.

*Cap. I.* QUando, & quomodo hodierna forma litigandi forum Eccleſiaſticum intraverit? 90
*II.* De Citatione, ejuſque forma. 92
*III.* De Libelli oblatione & litis conteſtatione. 94
*IV.* De Juramento calumniæ & Dilationibus. 95
*V.* De Probationibus & Præſumptionibus. 98
*VI.* De Probatione per Teſtes. 100
*VII.* De Probatione per inſtrumenta, & de Notariis Apoſtolicis & Regiis. 103
*VIII.* De Juramento ſuppletorio ob defectum probationum. 108

### TITULUS VIII.

#### De Inſtructione Cauſarum Criminalium.

*Cap. I.* DE Accuſationibus, & Informationibus præviis. 110
*II.* De Capture vel citatione *perſonali* accuſatorum; & quæ circa incarcerandos ſervanda? 112
*III.* De Examine Rei, & de Tortura. 115
*IV.* De purgatione vulgari & Canonica. 118

### TITULUS IX.

#### De Sententiis, earumque executione.

*Cap. I.* DE Sententia definitiva, interlocutoria, & proviſionali. 121
*II.* Quæ obſervanda ante ſententiæ prolationem, & quæ Juramenta a Judicibus præſtanda. 123
*III.* De forma concipiendi & pronunciandi ſententiam, & condemnatione in expenſis & intereſſe. 129
*IV.* De Executione Sententiæ. 131

### TITULUS X.

#### De Appellationibus, & Recuſationibus.

*Cap. I.* DE frequentia Appellationum in Curiis Eccleſiaſticis. 134
*II.* De Forma interponendæ, & proſequendæ Appellationis, Fatalibus, & Apoſtolis. 137
*III.* De Effectu Appellationis. 141
*IV.* De Reformatione, Reviſione & Appellatione tanquam *ab abuſu*. 143
*V.* De Recuſatione Judicis. 146

# JURIS ECCLESIASTICI UNIVERSI

## PARS TERTIA.

## DE JUDICIIS, DELICTIS, ET POENIS ECCLESIASTICIS.

## *TITULUS PRIMUS.*

## DE JURISDICTIONE ECCLESIASTICA IN CIVILIBUS.

### CAPUT PRIMUM.

Qua fuerit jampridem Epiſcoporum auctoritas in dirimendis Cauſis Laicorum.

1 *Apoſtolus modum litigandi Corinthiorum redarguit.*
2 *Quod inſtantes ad tribunalia Infidelium judicandi deferrent.*
3 *Loquitur Apoſtolus de Actore, non de Reo.*
4 *In quo conſiſteret vitium Corinthiorum.*
5 *Primum argumentum Apoſtoli, quo oſtendit inconveniens eſſe, ut Fideles ad tribunalia Infidelium recurrant.*
6 *Secundum argumentum Apoſtoli.*
7 *Vult in tribunalibus ſecularibus judicia contemptibiles conſtitui; & qui contemptibiles.*
8 *Non ſimpliciter, ſed comparative hos Judices conſtitui vult.*
9 *Mens Apoſtoli erat, ut Sapiens aliquis e Fidelibus conſtitueretur, qui quæſtiones dirimeret.*
10 *Ut hic tantum arbiter quæſtiones determinaret.*
11 *Deſiderabat Apoſtolus, ut a forenſibus litigiis abſtinerent.*
12 *Quis ex mente Apoſtoli Sapiens dicatur.*
13 *Qua ratione cauſis Apoſtoli quæſtionibus, & cauſis civilibus componendis Epiſcopi mentem intenderint.*
14 *Sanctus Auguſtinus ſe illis impendit, ut Apoſtolico monito obtemperaret.*
15 *Etiam S. Ambroſius ſe hiſce intendit.*
16 *Imperatores Chriſtiani deſiderarunt, ut quæſtiones inter Fideles ab Epiſcopis componerentur.*
17 *Conſtantinus Magnus permiſit litigantibus ad Epiſcoporum judicium provocare, rejectis Magiſtratibus civilibus.*
18 *Arcadius Imperator ſimiliter ſtatuit, ut litigantes ex mutuo conſenſu judicium Epiſcopi tanquam arbitri experiri poſſent.*
19 *A deciſione Epiſcopi ſic electi provocari non poterat.*
20 *Litigantium altero recuſante, cauſa ad Epiſcopos trahi non poterat.*
21 *Ad leges permittentes litigantibus recurrere ad Epiſcopos reſpicit L. Leo [illegible], ut ad Epiſcopale potius quam ſeculare judicium recurrant.*
22 *Epiſcopi potius Arbitri quam Judices conſtituebantur; idque de conſenſu utriuſque litigantis.*
23 *Extravagans permittens litiganti altero reluctante experiri Epiſcopale judicium, apparet non poſſe Conſtantino tribui.*
24 *Hac Extravagans vult ſententias Epiſcoporum inviolatas ſervari.*
25 *Cur tanta tribuatur auctoritas Epiſcoporum ſententiis?*
26 *Hæc Lex a nonnullis viris eruditis ut ſuppoſititia, rejecta; a Carolo Magno ſub nomine Theodoſii innovata, & confirmata.*
27 *Eam referunt S. Ivo & Gratianus, & probavit Innocentius III.*
28 *Vigore hujus legis licitum erat laico in quacunque parte litis ad Epiſcopum cauſam trahere, etiam altero litigantium invito.*
29 *Non licet a ſententia Epiſcopi appellare.*
30 *Voluit Carolus Magnus in omnibus ſuis Ditionibus, & ab omnibus hanc legem ſervari.*
31 *Quis fuerit Caroli Magni in promulgatione hujus legis ſcopus?*
32 *Omnis Epiſcoporum auctoritas in cauſis laicorum tendebat ad conciliandam concordiam, & pacem.*
33 *Epiſcopi urgebant Principes, ut idem eſſe judiciorum [illegible] ſequi.*
34 *Pleraque laicorum cauſa civiles ad Epiſcopos deferebantur.*
35 *Quam extenſa fuerit juriſdictio Eccleſiaſtica ſæculo XIII. oſtenditur ex Concilio apud Melodunum.*
36 *Cauſa civiles inter laicos ratione juramenti, ſpectabat ad Judicem Eccleſiaſticum.*
37 *Hoc titulo omnis pene cauſa ad Tribunal Eccleſiaſticum devolvebantur.*
38 *Cauſa teſtamentaria ad Tribunal Eccleſiaſticum ſpectabant.*
39 *Ratio illius erat, quod teſtamenta conficerentur coram Notario Eccleſiaſtico.*
40 *Per hoc ſiquidem cauſa Eccleſiaſtico Tribunali ſubjiciebantur.*
41 *Rectores Eccleſiarum poterant laicos, qui penſiones vel bona ipſorum læderent, ad Eccleſiaſticum vocare.*
42 *Modico tempore in Gallia pene ſolum fuit forum Eccleſiaſticum.*
43 *Id oſtenditur ex Hiſtoria Bertrandi Epiſcopi Eduenſis nomine Cleri Gallicani coram Philippo Valeſio habita.*
44 *Prætendit hoc tantum cauſam, in qua ſubeſt materia peccati, ſpectare ad forum Eccleſiaſticum.*

# ZEGERI BERNARDI
# VAN ESPEN
JURIS UTRIUSQUE DOCTORIS,
& SACRORUM CANONUM Profeſſoris
in Academia Lovanienſi;

# OPERA OMNIA CANONICA
Integra & Completa;

*Quæ hactenus in lucem prodierunt;*

IN SEX PARTES DISTRIBUTA.

QUIBUS

*ACCEDIT PARS SEPTIMA COMPLECTENS*

COMMENTARIUM IN CANONES ET DECRETA
JURIS VETERIS AC NOVI,
Et in Jus Noviſſimum:

*OPUS POSTHUMUM EJUSDEM AUCTORIS.*

## PARS QUARTA;

*COMPLECTENS DISSERTATIONES CANONICAS, & TRACTATUS*

I. De peculiaritate in Religione & Simonia circa ingreſſum Religionis.
II. De Inſtituto & Officiis Canonicorum.
III. De Horis Canonicis, & ſingulis earum partibus.
IV. De Simonia circa Beneficia, adminiſtrationem Sacramentorum & Celebrationem Miſſarum: item de Penſionibus Eccleſiaſticis.
V. De Diſpenſationibus præſertim Matrimonialibus.
VI. De Jure Parochorum & Decimas & Oblationes, & de Competentia Paſtorali.
VII. Diſſertatio ad Regulam: *In dubiis ſemita tutior eligenda*, cum Explanatione Regulæ Juris: *In pari Delicto vel cauſa potior eſt Conditio Poſſidentis.*
VIII. Repagulum Canonicum adverſus nimiam Exemptionum a Juriſdictione Epiſcoporum extenſionem, &c.
IX. Ad Legem Juliam de Ambitu, ſive de vetita Officiorum venalitate.
X. De Priſtinis Altarium, & Eccleſiarum Incorporationibus & Donationibus, &c.

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA
MDCCLXIX.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

# ZEGERI BERNARDI
# VAN ESPEN
## J. U. Doctoris, & Sacrorum Canonum Profeſſoris
# DISSERTATIO CANONICA
*DE*
## PECULIARITATE IN RELIGIONE
& SIMONIA circa ingreſſum Religionis.

# AD LECTOREM.

QUipiam de vita Fidelium rite inſtituenda tractanti hac noſtra ætate duo accidere ſolent: Si mores corruptos ad Evangelii & Canonum puritatem reducere ſtudeat, illico audit Reformator Janſeniſta, & ſi quid hiſce pejus: Si quis e Clero ſæculari quidpiam dicat vel ſcribat, quod Regulares concernit, mox illud ex imminuto erga Religioſos affectu dicere vel ſcribere judicatur.

Rogatum te velim, BENEVOLE LECTOR, ne altera harum opinionum animum tuum præoccupet, cum ad lectionem hujus mei libelli accingeris: nihil quippe, meo quidem judicio, Chriſtianæ veritati & Eccleſiaſticæ diſciplinæ magis inimicum iſtis præconceptis opinionibus. Neque enim advertunt, qui ejuſmodi ſunt, quod SS. PP. auctoritatem non parum imminuant, immo ſacroſanctos Eccleſiæ Canones, Pontificum Decretales Conſtitutioneſque ejuſmodi præjudiciis pro magna parte inutiles & fruſtraneas reddant.

Ut recte de hac mea Diſſertatiuncula judicium feras, ex Evangelio, ex primæva Chriſtianorum vivendi norma, ex ſacris Eccleſiæ Canonibus, Pontificum Decretalibus judicium formes velim. Si tamen & animum Scribentis introſpicere lubet, hic alius non eſt, quam ob oculos ponere, in prima quidem parte, quod Religioſæ Paupertatis voto omnis redituum vitalitiorum, ſimiliſve peculii qualiſcunque Proprietas adverſetur: In altera vero parte, quo pacto in receptione ad Statum Religioſum Simoniæ labes contrahatur. Hæcque iterum eo fine, ut quæ pro munere meo ex Canonibus & Hiſtoria Eccleſiaſtica (quæ præcipua ſtudii mei pars eſt) in adverſaria mea retuli, publico quoque bono conſecrarem. Quo fiat, ut Regularium Directores & Sæculares & Religioſi in compendio habeant, quid in duobus præfatis punctis cenſuerit purior Eccleſiæ ætas; quid etiamnum præcipiant Synodi, & quo tandem animas ſibi commiſſas hac in parte dirigant: ne quid in virgineo Eccleſiæ, hoc eſt illo Regularium flore, adulteretur.

# ZEGERI BERNARDI
# VAN ESPEN
JURIS UTRIUSQUE DOCTORIS,
& SACRORUM CANONUM Profeſſoris
in Academia Lovanienſi;

## OPERA OMNIA CANONICA
Integra & Completa;

*Quæ hactenus in lucem prodierunt;*

IN SEX PARTES DISTRIBUTA.

QUIBUS

*ACCEDIT PARS SEPTIMA COMPLECTENS*

COMMENTARIUM IN CANONES ET DECRETA
JURIS VETERIS AC NOVI,
Et in Jus Noviſſimum:

*OPUS POSTHUMUM EJUSDEM AUCTORIS.*

## PARS QUINTA:

*COMPLECTENS*

TRACTATUM HISTORICO-CANONICUM
In omnes Canones Conciliorum tam Græcos, quam Latinos, unanimi utriuſque Eccleſiæ Græcæ & Latinæ conſenſu probatos,

*NECNON BREVE COMMENTARIUM*

AD DECRETUM GRATIANI.

VENETIIS,
Ex Typographia Balleoniana
MDCCLXIX.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

# TRACTATUS HISTORICO-CANONICUS.

## PARS PRIMA.

### DE VERA IDEA, QUAM CANONUM Studioſus habere debet de Sacris Canonibus, eorumque auctoritate.

### CAPUT PRIMUM.

Pro varietate Materiæ, varia quoque de Auctoritate Sanctorum Canonum formanda Idea.

§. I.

*Quæ Idea de Canonibus in genere formari debeat?*

Iſidorus Etymolog. lib. 6. c. 16. — CAnon Græce, *Latine Regula nuncupatur*, ait Iſidorus: *Regula dicta eſt*, inquit idem, *eo quod recte ducit, nec aliquando alïorſum trahit. Alii dixerunt, Regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi præbeat, vel quod diſtortum pravumque corrigat.* Hæc ille.

Libri Sacri proprie dicuntur Canonici. — Juxta hanc Canonis nomenclaturam propriiſſime ac illuſtriori modo *Libri Sacri* dicuntur *Canonici*: eo quod hi præ omnibus reliquis libris & ſcriptis, perpetuæ ac infallibiles Fidei & morum Regulæ traduntur.

Unde Regulæ ab Eccleſia ſtatutæ Canones appellatæ. — Quia vero Eccleſiæ ſuæ Chriſtus aſſiſtentiam promiſit Spiritus Sancti, qui eam in omnem induceret veritatem, Regulæ, quas ipſa eodem ſuggerente Spiritu veritatis, pro morum ac vitæ directione filiis ſuis præſcripſit, ad ſimilitudinem Sacrorum librorum Canones dici cœperunt: utpote aliquid etiam Divinitatis, ratione illius Spiritus aſſiſtentiæ participantes. Quamobrem jam pridem SS. Patres Conciliorum Decreta, *Sancto Spiritu Sancti Regulas Spiritu Dei inſpirante conditas, per Spiritum vero Sanctum ordinatas, Canones Spiritu Dei conditos*, ac denique *divinos Canones* dicere haud dubitarunt.

Formulæ SS. Patrum de Canonibus Eccleſiæ.

Neque id duntaxat de Regulis, quas Eccleſia univerſalis in Synodo Œcumenica collecta edidit, ſed & de iis, quas Epiſcopi Apoſtolorum Succeſſores, & Apoſtolico Spiritu pleni pro morum ac vitæ directione in Conciliis particularibus convenientes condiderunt, cum quadam tamen proportione, intelligendum.

Idem quoque de Synodis particularibus Canonibus. — Nam ut recte ſuo tempore de Canonibus Gallicanis, id eſt, qui in Synodis particularibus Galliæ editi erant, dixit S. Agobardus Lugdunenſium Archi-Præſul: *ſi ſecundum verbum Dominicum: Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine ejus, ibi eſt & Dominus in medio eorum*, quanto magis ubi viginti, aut triginta, aut multo amplius congregati fuerint, non ſolum in nomine Domini, ſed inſuper etiam Fide præditi, Sapientia illuſtres, Vita clari, Sanctitate reverendi, ſignis & prodigiis formidandi; neque hoc idcirco dicitur, ut paſſim omnium Epiſcopalium Conventuum Sanctiones æquali auctoritate recipienda credantur, ut Nicæni Chalcedonenſis, & cæterorum generalium ex totius mundi conſenſu congregatorum & procerum; ſed quia congrua veneratione, pro cauſis neceſſariis, quarum definitiones in illis non inveniuntur, ſaltem ſit eis adhibenda religione debita, & melius ſit unicuique eorum ſequi auctoritatem, quam proprium ſenſum, & ſine aliquo dolore tranſire non poſſit, cum definitiones multorum, & Sanctorum atque Catholicorum prætermittuntur.

Canones Conciliorum non ut leges mere humanæ conſiderandi ſunt. — Parum ergo dignam de Sacris Canonibus Conciliorum etiam particularium, præſertim florente adhuc Eccleſia celebratorum, in quibus Epiſcopi Fide præditi, Sapientia illuſtres, Vita clari, Sanctitate reverendi, ſignis & prodigiis formidandi, ut loquitur Agobardus, in Chriſti nomine conveniebant, Ideam formant, qui eos ut leges mere humanas conſiderant & expendunt.

§. II.

*Canones aliqui nihil juris poſitivi præſcribunt, ſed tantum quod juris naturalis eſt, exponunt: Quæ de iis formanda Idea?*

INter Canones reperiri non paucos, qui quod juris naturalis eſt duntaxat, exprimunt, aut explanant, vel particularibus caſibus jus naturale applicant, manifeſtum eſt.

Canones, qui jus naturale duntaxat exprimunt. — Et quidem hujus generis Canones plerique ſunt, quibus incontinentiam, avaritiam, ambitionem, aliaque ſimilia vitia, præcipue Miniſtrorum ſuorum, Eccleſia proſcribit.

Cum vero hi Canones id ſolummodo præſcribant, quod jus naturale ſtatuit; vel illud prohibeant, quod jus naturale vetat, non difficulter intelligitur de his Canonibus eam eſſe formandam Ideam, quæ de jure naturali formanda eſt.

His Canonibus contraria conſuetudo obligandi vim detrahere non poteſt. — Hinc ſternet Canonum Studioſis, ſimilibus Canonibus non magis, quam ipſi juri naturali applicari poſſe has juris Regulas: *Conſuetudine Canones abrogari: conſuetudinem eſſe optimam legum interpretem*, &c. Sicut enim conſuetudo nihil adverſus jus naturale valet, ita nec harum Canonum, in quantum jus naturale duntaxat proponunt, aut explanant, vim ſeu auctoritatem enervare poteſt.

Cap. 9. de Sim. — His proinde Canonibus applicari poteſt, quod de Canonibus ſimoniacas exactiones in Sacramentorum adminiſtratione proſcribentibus dixit Concilium Lateranenſe: „Putant autem plures ex hoc licere, quia „legem mortis de longa invaluiſſe conſuetudine arbi„trantur, non attendentes, quod tanto graviora „ſunt crimina, quanto diutius infelicem animam „tenuerint alligatam.